



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Iuda scriptore Christiano. Cap. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

nam ipſius capiti impoſuiſſe, dixiſſeque ſe pro eo gratiam à domino poſtulaviſſe, poſtulatam obtinuiſſe, & dominum non longo tempore poſt, eum ad ſuam gloriam recepturum. Poſt illa, ubi fratres ſigillum in domino ei impertiuerant, poſtero die, ſecuri percuffus, præclara martyrii corona donatus eſt. Alii item complures Alexandriæ, eiſdem temporibus, utpote quibus Potamiæna ſecundum quietem apparuiſſet, eoſque fuiſſet impenſe ad dei verbum amplexandum cohortata, frequentes ad Chriſti fidem acceſſiſſe commemorantur. Sed de his iſta quidem hætenus.

De Clemente Alexandrino.

CAPVT. V.

POſt Pantæum, Clemens ſcholæ Alexandrinæ ad fidei principia docenda inſtitutæ ad illud ipſum tempus, quod iam perſequimur præfuit. Sic ut Origenes dum puer erat, auditor eius ac diſcipulus exiſteret. Clemens vero in primo libro operis, quod *Σωματικόν* inſcripſit, annalium ſeria notata & expoſita tempora, ad Comodi uſq; mortem deſcribit, adeo ut nō obſcurū videatur illud opus, regnate Seuero (cuius tempora liber, quem iam habemus in manibus, explanat) ab eo elaboratum fuiſſe. *Clemfol. 127. li. 23*

De Iuda ſcriptore Chriſtiano.

CAP. VI.

Eodem tempore Iudas, alius ſcriptor in ſeptuaginta ſeptimanas à Daniele deſcriptas commentarios edidit, inque illis temporum ordinem ad decimum annum imperii Seueri tradidit: qui etiam ſcriptor, propterea quod perſecutionis tumultus contra nos excitatus, multorum mentes tam grauiter perturbaret, Antichriſti aduentum, omnium ore atque ſermone iactatum, iam tum appropinquare arbitratus eſt.

DE